



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs I. De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuntiationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

LIBER QUINTUS
DECRETALIUM.

TITULUS I.

DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS,
ET DENUNTIATIONIBUS.

§. I.

Quid sit accusatio, & qua sit forma, sive qua conditiones ad eam requirantur?

Accusatio est alicujus criminis apud Iudicem competentem ad vindictam publicam legitimè facta delatio. Est autem accusatio alia publica, quæ scilicet tendit ad vindictam publicam criminis, ad pœnam scilicet corporalem, vel pecuniarium, fisco publico applicandam, uti descriptio modò allata insinuat; alia est privata, quæ sit ob privatam injuriā vindicandam, & ad pœnam partis applicandam. Ad utrumque spectato jure communi requiritur, primò ut fiat in Libello scripto (quamvis hodierna consuetudo sufficere putet, verbalem etiam accusationem, coram Notario, eam in scriptum redigentem faciatam.) Secundò requiritur ut exprimatur annus, & dies oblati Libelli, no-

men Accusatoris, & occasi, nomine Iudicis, species delicti, super quo accusatoris intentio fundatur, locu & tempus delicti commissi, sit mensis & annus, ut de competentiā Iudicis v. g. accusatoris &c. aut de incertitudine aliqua possit fieri postmodum exceptio. Tertiò ut fiat subscriptio accusatoris, vel inscribat ad pœnam talionis, fixitatem, si non probaverit accusacionem & promittat, se illam prosecutum, usque ad finem, ad refragandum invenitatem accusatorum (quamvis hodierna consuetudine de jure civili, nullius inscriptio locum habeat, cum in illo foro non tam per viam accusacionis, quam inquisitionis plerumque procedatur, vel per simplicem querelam, ubi nec scriptura, nec inscriptio necessaria est, ad Iudicem punienda crimina deferantur) & in jure Canonico adhuc locum habet, si per viam accusacionis procedatur, e. Super his 16. & c. Quodam 24. h. t. n. si etiam de hoc jure obletatem v. g. materie, aut ex alio capi-

capite, de quibus *Glossa in cit. cap. super his V.* oportet, aut quod per modum simplicis querelæ procedatur, nulla sit necessaria inscriptio.

§. II.

Quinam ad accusandum admittantur, & qui ab eo repellantur?

Generaliter loquendo non tantum ad suam, siverumque injuriam prosequendam, quilibet accusare potest, sed etiam ad vindictam publicam, nisi specialiter & expressè reperiatur iure prohibiti, qualiter prohibentur primò Clerici accusare criminaliter ad vindictam publicam Laicos, non tantum ob irregularitatis periculum, si pœnâ sanguinis afficiatur accusatus, sed quod reverentia statûs etiam exigat, his odiosis litigii, & minus laudabilibus accusationibus se non immiscere; Si tamen accusando suam, siverumque injuriam prosequantur, ad accusandum admitti possint & debeant.

§. III.

Quaratione repellatur quis ab accusando ob inimicitiam.

INIMICITIA, quam quis haber cum altero, si gravis est, ab accusando ordinariè repellit, (eo quod talis potius vindictæ causâ, quam justitiae zelo ad accusandum moveri videatur) non tantum eum, qui talē inimicitiam gerit, sed etiam ei cohabitantes, familiares, sivepius cum talibus inimicis conversantes, qui pro inimico testimonium vulerunt, ob affectionem scilicet nimiam, quam præsumunt ad invicem habere, & hinc non tantum ab accusando repelluntur,

Xxx

sed

722
sed etiam ab exceptione voluntaria &
spontanea, si contra talēm inimicū ex-
cipiant. c. Meminimus 13. b. t.

§. IV.

An Monachi seu religiose possint
criminaliter accusare suum Pra-
latum.

Respondet affirmativè, juxta c. Ex
parte 11. b. t. quia taliter accusando
censetur Religiosus procurare utilitatem
Monasterij, cuius interest non habere
Prælatum malum, ita ut, si proprium
peculium non habeat accusator, ex re-
bus Monasterij expensæ ad item tales
suppeditari debeat. Sicut autem ab o-
bedientia accusati non absolvitur per talēm
accusationem accusator, ita nec ad-
mitti debet ad accusandum, nisi post
præcedentem summariam causæ cogni-
tionem, ut appareat, quo zelo ad ac-
cusandum moveatur, alios verò extra-
neos acculare non possunt Monachi, nisi
Monasterij interfit, & licentiam habeant
Prelati.

§. V.

An iudex ex officio repellere posse
Accusatorem inhabilem, seu non ido-
nium, etiam si pars nihil contra il-
lum excipiat?

Respondet affirmativè juxta c. Si
legitimus 1. b. t. & hinc ante omnia
inquirendam videtur de habilitate per-
sonarum, quæ litigare volunt in judicio;
& quamvis iudex ex officio in bonum
reipublicæ repellere possit tales inhabiles,
non potest tamen Episcopus familiares

suos, qui ipsum accusare volunt, per
ceptionem criminis repellere, si eos in
tequam se ab eis accusandum cogno-
ret, à sua familiaritate non amori, n
videatur jam reprobare eorum non
quos prius approbat. c. Nihil h. i.
tamen nec per officium iudicis, neque
exceptionem accusati repulsi fuisse
acusando inhabilis de se accusator, po-
cessus accusationis tenet, & efficit
habebit, ut testatur communis opis.

§. VI.

An quis obligetur ad accusandum
Et utrum accusator defensio posse
accusatione inducat

Ad primam questionem q. post in-
terdum contingere, ut dicamen
in spirituale, vel tempore datum
Reipublicæ vergat, quod per iudicium
seu canonicanum denuntiatione v. s.
averti non potest, ad accusandum ibi
quis teneatur, si crimen legitime pro-
bare possit, ne suspicio caluniam
objiciat (cum pars teneatur, etiam cum
proprio incommmodo aliquo, bonorum
muni prospicere) de aliis vero omnibus
bus, quæ non tendunt in damnatio-
bilem Reipublicæ, nemo cogit in-
vitus accusare.

Ad secundam questionem q. post
quidem accusatorem ante item inde-
tam, in causa criminali, ab accusando
desistere, casu quo accusare non re-
tur; non posse tamen licet post item
inchoata, per Libelli oblationem, in
consensu iudicis, sepe ipsius etiam &c.
Quia post captam accusationem obli-
gatus manet ad probandum, vel adju-

De accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus. 723

nam subeundam) nisi postmodum le errasse deprehendat, falsò putando reum esse criminis alterum, qui tamen non est; ita tamen, ut si semel ab accusando destitit, non audiatur amplius, si de eodem crimen reum accusate postmodum velit. c. Lices. 14. h. r.

§. VII.

De personis, quaे criminaliter accusari possint, vel non possint.

Generaliter loquendo, omnes delinquentes, de criminibus quibuscumque accusari possunt, tam liberi, quam servi, sine sexū differentia, tam puberes, quam impuberes, modò usum rationis habeant ad delinquendum, nisi vel ratione absentias, vel ratione supremæ dignitatis, vel saltem ad tempus accusari prohibeantur (bono publico generalitatem illam exigente) ita tamen, ut accusatus de aliquo crimen, & postmodum absolutus, non possit de eodem hoc crimine iterum accusari. c. De his 6. h. t. ne semper in periculo versetur suz innocentie impugnandæ accusatus, & absolutus, nisi tantum ab observatione judicij absolutus fuisset, propter ineptitudinem libelli, aut illegitimum accusatorem, quo in casu aliis accusator admittitur; prout etiam admittitur alius accusator de eodem crimen, si probaverit primum cum accusato collusisse, & sic absolutionem obtentam fuisse; aut si suam, suorumque injuriam protequatur secundus accusator, & probet, saltem per juramentum primam accusationem se ignorasse; vel si criminaliter ad vindictam publicam agat secundus accusator, cum primus tantum civiliter ad

proprium interest egerit, &c. plures causas videri possunt apud Auctorem h. §.

§. VIII.

An in causis & judiciis criminalibus Procurator admitti possit, ac debet?

Regulariter non admittitur Procurator, si criminaliter agatur, ad accusandum (quamvis enim pena talonis in accusatore deficiente hodie non sit in usu, puniri tamen potest juxta arbitrium judicis, accusator calumnians aut deficiens) imò nec ad defendendum admittitur, can. 2. cau. 5. q. 3. & c. Veniens 15. juncta Glosa V. criminalib. t. si agatur ad poenam capitalem vel aliam corporalem, quam reus, si de crimine condemnatur, subire debeat, ne judicium tale reddatur elorum. Ad excusandam tamen principalis absentiam, & dilatorias exceptiones opponendas, quæ ante litis contestationem proponuntur, admitti potest, ut ex cist. c. Veniens colligitur. Prout etiam admitti potest in causis criminalibus, in quibus non infligenda venit presa corporalis, sed pecuniaria, relegationis, incarcerationis, aut alia similia; vel si ob impossibilitatem facti, aut juris impedimentum, reus principalis per se comparere coram Iudice non potest. Videantur alii casus apud Auctor h. §.

§. IX.

De modo procedendi observando in iudicio criminali accusatorio.

Si utraque pars tam accusator, quam si reus, sit praesens in iudicio, eodem modo proceditur in causa criminali, quomodo in Civili, nisi quod in libellis

Xxx x 2 accu-

accusatoriis, non sit necessaria conclusio ad certam pœnam, ut alibi dictum, & evidenter requirantur probationes in criminalibus, ac major reo concedatur defendendi suam causam libertas, etiam si appearat, eam injustam esse, etiam postquam in causa conclusum est. Quomodo autem contra reos contumaciter absentes in causis criminalibus procedatur, de jure Canonico, ab ea potissimum distinctione dependet, utrum lis contestata fuerit, vel utrum non fuerit; si contestata jam fuit, potest communiter contra reum contumaciter absentem, si de delicto liqueat, ad sententiam condemnatoriam procedi, si sententia in absentem executioni mandari possit, prout est sententia privationis, depositionis, suspensionis ab officio, &c. Si vero lis contestata non fuit, vel non liquet de delicto, nec ad testium receptionem, nec ad sententiam condemnatoriam procedi potest, ne pars inaudita condemnetur, sed per excommunicationis censuram ad comparendum cogi potest, & si intra annum non comparuerit, pro convicto habebitur.

§. X.

De effectibus accusationis, & pœnis
Reo imponendis.

Principalis effectus est accusationis, ut reo legitimè convicto vel ordinaria pœna, & certa, à jure statuta, vel alia condigna, arbitratia, & extraordinaria, per judicis sententiam condemnatoriam infligatur, prout variæ pœnae hoc etiam titulo pro variis delictis feruntur; ubi in e. *Omnipotens 4. b. t.* etiam ille effectus pœnalis accusationi refertur, quod ac-

cusatus, vel denunciatus, ad honore seu dignitates promoveti non possive deinde sint illæ Ecclesiastice, sacerdtales (cum ex tali accusatione, denuntiatione, saltem estimatio vel hominis sit gravata) nisi per intercessione, quoniam per anoumationis causa fuerit, hoc enim in calumpniam promoveri potest.

§. XI.

Qualiter accusatore non probatu, vel non comparente, reo infamia de crimine indicanda fit purgatio Canonica?

Vide de hoc c. *Accusat. 21. b. t.* & quæ infra tit. 34. de purgatione Canonica dicentur.

§. XII.

Quibus modis tollatur & extin-
guatur accusatio criminalis?

Tollitur primò per precipitionem, post elapsum tempus viginti annorum, à die commissi criminis, quæcunque regulariter & ordinariè possidetur omnis accusatio criminalis, id est cum seim patratum, totum am-
fierit, & non habeat continuam lacer-
tionem, uti habet crimen hereticorum, postasie, matrimoni contra SS. Cano-
nes contracti, &c. quibus in cultu prescriptio locum non habet, nisi à tempore cessantis criminis.

Secundò extinguitur accusatio criminalis per mortem accusatoris ante laicam sententiam, ita ut heredes eam prout non possint, sed Index tantum ex culto.

Ter

Tertiò extinguitur per mortem rei delinquentis, ita ut ad poenam corporalem hæredes rei condemnati non teneantur, nec ad pecuniariam fisco applicandam, si reus ante sententiam condemnatoriam criminis moriatur, nisi inter excepta crimina numeretur illud, de quo reus accusatus est, quo in casu etiam lite non contestata cum defuncto, contra hæredes proceditur; vel ex delicto civiliter tantum conventus fuerit, ad poenam pecuniariam parti læse applicandam, quo in casu iterum hæredes ex bonis defuncti tenebuntur.

SECTIO II.

De inquisitionibus.

§. I.

De inquisitione in genere, & potestate inquirendi.

Inquisitio in genere dici potest, esse aliquius criminis manifesti, ex bono & agno à judice competente, legitimè (secundum jura & Canones) facta investigatione. Et quamvis iudex condemnare non possit aliquem, sine accusatore, non debet tamen semper esse accusatio formalis, sed sufficit sæpe accusatio virtuallis, per publicam infamiam, indicia, &c. quæ locum faciunt inquisitioni.

Est autem triplex inquisitio; alia simpliciter generalis, sive generalissima, qua sit ex mero officio iudicis, neque persona aliquâ certâ, neque certo crimen expresso; an non committantur v. g. delicta quædam in civitate aliqua, &c. alia est inquisitio mixta partim

generalis, quoad personas, partim specialis quoad delicta, vel è converso, utrum Titius v. g. flagitia quædam patrit, vel à quo homicidium, quod commissum est, sit commissum. Aliademi- que est simpliciter specialis, tam quoad personam scilicet, quam quoad delictum, ut cum inquiritur, utrum Titius hoc homicidium commiserit; quæ inquisitio nonnunquam sit ex mero officio iudicis; nonnunquam ad querelam alicujus, qui tamen accusatoris partes subire non vult; nonnunquam ad denuntiationem publici Officialis ad denuntianda delicta depu-tati. Potest autem quilibet iudex sive Ecclesiasticus, sive Civilis sit, inquirere, modo sit iudex competens, & reus, contra quem inquiritur, sit, saltem quoad illum articulum, super quo inquiritur, illius jurisdictionis. Et quamvis de jure Civili putent aliqui inquisitionem fieri non posse ex officio à iudice, nemine denuntiante, aut querelante, ne videatur remedium extraordinarium, qualis est inquisitio, remedio ordinatio, qualis est accusatio, præponi; de jure tamen Canonico, uti etiam hodie ex confuetudine de omnibus delictis per viam inquisitionis procedere possit iudex, & factum jam sit remedium inquisitionis reme-dium ordinarium.

§. II.

An ad inquisitionem omnino generalem, vel mixtam requiratur, ut precedat infamia criminis, vel persone?

A d inquisitionem omnino genera-lem, uti in genere tantum inquiri-tur, utrum in tali loco vigeant aliqua crimina

Xxx x 3.

crimina, nulla præcedens infamia necessaria est, sed potest eam Iudex præcisè ex officio suo instituere. c. i. De offic. Ind. ordin. c. 5. §. Janè de censib. in 6. c. sicut olim 25. b. t. quia talis inquisitio cum non datur contra certam personam, sed præcisè ad emendandos mores, & purgandam rem publicam, publicâ autoritate, nulli injuriosa est; & hinc non tenetur interrogatus vi illius inquisitionis manifestare occulta crima eorum, qui nullâ laborant infamia, aut quæ probare non potest, etiam sub juramento interrogetur, ad cavenda plurima incommoda iniustissimarum infamionum, nisi manifestatio talis ad emendandum tantum criminis Iudicii ut Patri, facta, necessaria esset, aut ad adverendum grave damnum.

In mixta verò inquisitione, si crimen quidem certum est, & publicum, auctor tamen illius nescitur, & de hoc inquiritur, tum nulla præcedente fama de persona aliqua particulati, non potest fieri specialis contra certam personam inquisitio, sed generaliter tantum inquirendum est, quis illud commiserit, ut Republica scilicet per generalem talem inquisitionem consulatur, nulli tamen in specie fiat injuria, si nullâ laborete de tali extimine perpetrata publicâ infamia.

§. III.

An, & quâ ratione ad inquisitio nem generalem contra personam aliquam particularem requiratur, ut precedat illius infamia; & quomodo in tali inquisitione sit procedendum?

Plurima de utraque hac quæstione statuuntur in a. Qualiter &

quando 24. b. t. quod videri potest, & quæ circa illa plurima annota in his §. Auctor Method, quorum enim brevis epitome esse potest primò, quod contra personam particularem, speciali inquisitio fieri non possit, nisi prædicta publica illius personæ circa delictum infamia, ut dictum. Secundo, quod hoc vel maximè attendi debet, contra Prælatos, aut publicos megillimus inquisitio. Tertiò, quod inquisicio cienda sit, in loco, ubi est infamia. Quartò, quod fama se solè, nec in omnibus, nec in criminalibus plena probationem faciat, & sepe in criminalibus nec semiplenam, nisi orta sit infamia ex verisimilibus causis, & conjecturis, & verisimilibus alijs conjecturis maneat. Quintò, quod sit clamorosa sit, quæ sapientis ad Iudicis aures perveit, & omni habeat, non à vilibus, sed honestis personis, & si contra Prælatum sit scienda inquisitio, ut precedat tali contra eum infamia, quæ sine (candido disimulati) non possit. Sextò, quod presens debeat esse, contra quem sit inquisitio. Nisi per contumaciam (evidenter) & capitula, circa quæ futura est inquisitio, illi exponantur, ac testimoniis dicuntur, nomina, ut defensionis, & exceptionis copiam habeat, & servent debitus legitimæ correctionis modo, ut primò quidem reprehendatur, deinde crepetur, cum comminatione pone, ac postmodum suspendatur ab officio, vel beneficio, & tandem excommunicetur, prout prescribitur in cit. 6. Quædam, ex quo capitulo etiam habetur Piz. av. 10, si per inquisitionem reus reprehendatur, non facile ab ordine depонendum, sed

ab administratione tantum amoven-
dum, nisi delicti ratio, & infamatio-
nis periculum aliud jubeat.

§. IV.

In quibus casibus non requiratur
necessario ad specialiter inquisitionem con-
tra personam particularerem de aliquo
crimine, ut præcedat illius
infamia?

Primum non requiritur hæc præce-
dens, de aliquo particulari, infamia,
si alia sufficientia, & legitima indicia
contra eum pugnant, talia enim indicia
sepe fortiora sunt, quam ipsa præcedens
infamia, ex levioribus sepius conjectu-
ris orta. Secundum non requiritur, si
fiat inquisitio ad denuntiationem publici
Officialis. Tertiū, si pars, contra
quam sit inquisitio, sine ulla præcedente
infamia, aut contra quam à Principe
fieri mandatur motu proprio, aut ex
certa scientia, inquisitio, nihil opponat,
nec reclameret, cum tamen sciat, contra
se fieri inquisitionem, quia censetur talis
favori pro se principaliter introducere,
cedere, ut disponitur in c. 6. Si is. b. t. in 6.
Quartū, quando inquisitio sit non ad
effectum puniendi crimina, sed ad effec-
tum corrīgendi ob bonum animæ, qua-
liter fieri solet in visitationibus, in Epis-
coporum promotionibus, in ordinan-
dis, &c. Quintū, quando inquisitio sit
in crimine læse majestatis, in crimine
hæresis, & in similibus gravibus, & pe-
culiosis criminibus, in damnum grave
Reipublicæ, aut animarum tendenti-
bus, &c.

§. V.

Quænam præterea jure Canonico
statuta sive circa modum procedendi
per inquisitionem spe-
cialēm?

Primum statuitur in c. Qualiter 17. b. t.
ut ordo juris in inquisitione servetur,
qui in duobus potissimum consistit,
primum, ut regulariter non fiat inquisitio,
nisi contra infamatum, ut prioribus §§.
dictum. Secundum, ut postquam de in-
famia constat, per testes, publicam fa-
mam, aut alia sufficientia indicia, &c.
inquiratur de veritate criminis, ut ne
scilicet inde nascantur injuria, unde jura
nauci oportet.

Secundum statuitur in c. Cūm dilecti 18.
b. t. ut non recipiantur excusationes su-
per confessione facta, si juravit prius
confitens, quod plenam & meram ve-
ritatem sit dicturus; recipiantur vero
super confessis excusationes, si juravit
tantum confitens, quod velit ad inter-
rogata respondere, & excusationes tales
non pertinant confessionem, sed eam
tantum explicent, & declarant; cūm ju-
ramenti religio in posteriori casu patiatur
Confessorum explicationem, non autem
in priore casu, ubi ab initio statim omnis
veritas dicenda est.

Tertiū statuitur in c. Cūm oporteat 19.
b. t. quod inimici partis, contra quam sit
inquisitio, sicuti ad accusandum non ad-
mittuntur, ita nec admittendi sint ad
inquisitionem prosequendam, & testi-
ficandum; & cui simpliciter commissa
est inquisitio super crimen, illi (tacite
saltē) commissa etiam censeatur in-
quisitio super fama, quæ quasi præam-
bula

bula est ad inquisitionem, & consequeater, cui principale commissum est, censebitur etiam commissum hoc accessorium, nūl in commissione à Principe factō, assertivē etiam narretur, quod de fama sibi jam constet, ut supra dictum.

Quarto denique in c. *Ad petitionem 22. h.t.* statuitur, quod nec Legatus à Latere immiscere se possit, speciali à Papa factae commissioni, de inquirendo contra aliquem, ut dictum; & quod quilibet de universitate aliqua, contra quam inquisitio demandata est, singulariter excipere possit, si de quolibet in particuliari inquisitio fiat; à toto fere collegio, sive à majore illius parte, si contra totum Collegium communiter inquisitio fiat, cum in priore casu cujuslibet in particuliari interesse agatur, in altero verò casu totius tantum communis.

§. VI.

Quæstiones nonnullæ circa modum procedendi per inquisitionem à Concilio Lateranensi præscriptum occurrentes proponuntur & resolvuntur.

Pleraque de primis tribus questionibus, quas habet author, ex dictis jā paenit, vel speciale nihil afferunt: uitimū quæstum est, quænam specialia sint observanda in inquisitione facta contra regulares. Responderetur, tria potissimum observanda esse, ut patet ex cit. c. *Qualiter.* Primum est, quod ordō juris non sit in inquisitione tali contra regulares quoad subtilitates, seu juris solemnitates exactissimè semper servandus, sed sufficiat veritatis probationem certam haberi.

Secundum est, quod faciliter Prälati regulares ab administratione removi possint, quām Prälati seculares. Tertium est, quod contra regulares non ut exceptiones reperiuntur, & admittuntur, sicuti contra seculares, cùm res ipsas in schola potius virtutum, quām innocte & solemnitatibus juris ventus elebant.

§. VII.

Qualiter puniendum sit crimen per viam inquisitionis probatum

Condemnatus & convictus de crimine per viam inquisitionis, non punitur penā ordinariā, sicut à lego, pro illo crimen, sicuti puniatur dimicatus & convictus per viam accusationis, sed punitur (sicut in de jure Canonico) mitiore penā, & arbitriā (ut impeditus, qui in eo gravatur, quod contrarium sine accusatore procedatur, in illo in pena scilicet mitiore, relevet) nūl crimen, quod per viam inquisitionis probatum fuit, tale crimen sit, ut enim post paenitentiam peractam impedit ordinis suscepit executionem, aut beneficii retentionem, qualia criminis que irregularitatem fecum trahit, item simoniacis in acquirendo beneficii commissum, &c. quibus in casibus, eodem penā etiam de jure Canonico alter inquisito imponenda est, qua imponitur per viam accusationis convicto & damnato, c. *Inquisitionis 21. h.t.*

SECTIO

SECTIO III.

De Denuntiationibus.

§. I.

Quid, & quotuplex sit denuntiationis, & in quibus casibus possit Index procedere per denuntiationem judicialem?

Denuntiationis in genere dici potest, quod sit alicujus criminis delatio, seu manifestatio superiori legitimè facta. Est autem denuntiationis duplex: alia Evangelica, quæ etiam charitativa dicitur, si scilicet ad emendationem, & correctionem, ac pœnitentiam, juxta formam à lege Evangelica Matth. 18, introductam, denuntiationis ad Superiorem ut Patrem fiat: alia judicialis, si crimen deferatur ad superiorem, ut judicem, ob publicam vindictam, aut privatam punitionem, ut per punitionem delinquentis satisfiat communici, aut parti læse; & hinc subdividitur hæc judicialis denuntiationis in publicam, seu criminalē, quæ fit ad publicam vindictam, & in privatam, seu Civilē, quæ privatum interesse attendit; in Canonicam, quæ fit contra Prælatum v. g. & in regularem, quæ expeditur secundum diversas regulas diversatum religionum, &c.

Potest autem Index in foro saeculari ex officio procedere, si denuntiationis judicialis facta fuit per eos, qui publicā auctoritate deputati sunt, ad denuntiandum; vel etiam, juxta receptam consuetudinem, ad denuntiationem cujuslibet privati, cum publico bono pluri-

Compedit, Pithing,

mùm interfit, ne delicta maneant impunita, quo cunque modo eorum malitia ad judicem legitimè perveniat: de jure tamen Canonico non tenetur iudex Ecclesiasticus quamcumque denuntiationem judicalem admittere, nisi Clericus sit, vel Regularis, qui denuntiatur, vel Laicus quidem sit, qui denuntiatur, crimen tamen, de quo denuntiatur, sit natura sua Ecclesiasticum, simonia v. g. hæresis, &c. vel nisi denuntiationis fiat ob defectum justitiae in foro saeculari; vel ratione pacis violata, aut juramenti non servati à Laicis.

§. II.

Vtrum ante denuntiationem judicialem semper procedere debeat secreta monitio, & an etiam alia juris solemnitates in ea servanda sint, & quinam ab hac denuntiatione repellantur?

Denuntiationem judicialem, sive generalis hæc sit, & publica, sive privata, & specialis, non prærequisitur in foro saeculari, ulla prævia monitio; prærequisitur tamen hæc in foro Canonico, seu Ecclesiastico (saltē si sit specialis denuntiationis) prout habetur etiam ex c. Si quis. 2. b. t. cūm in hoc foro non tam vindicta publica, quamcharitativa emendationi locus paretur; & hinc non tenetur denuntiator ad pœnam talionis subeundam se inscribere, ut habeatur in c. Super his 16. b. t. quamvis aliae juris solemnitates, quæ in libello accusatorio requiruntur, etiam in hac judiciali denuntiatione servandas sint, ad certioriter magis denuntiationem, & fraudu-

lentas

lentias denuntiationes devitandas, ob
quam etiam causam à denuntiando ju-
dicialiter repelluntur, sive per se, sive
per Procuratorem denuntiate velint,
quod absolvē fieri potest, concubinarii
publici, excommunicati, qui conspirā-
runt ad denuntiandum, vel prius cum
de crimine non admonuerunt, contra
quem denuntiationem faciunt, c. Cūm
Dilectus. 20. b. t. & universim crimi-
nosi, c. Cūm in tua 27. de sponsal. nisi
suam, suorumque prosequantur injiciā-
tum can. 2. can. 4. q. 6. &c.

§. III.

*An pendente inquisitione, ad de-
nuntiationem contra Superiorē seu Prä-
latum à subditis factam, Superior his
procedere possit in causis motis
'contra subditos?*

Quamvis pendente inquisitione con-
tra Prälatum denuntiatum à suis
subditis, in omnibus causis alīs contra
subditos hos suos procedere possit Prä-
latus denuntiatus, & hi illi obedire te-
neantur, cùm per denuntiationem non

amiserit suam iuridictionem, prouin-
cijgur ex c. Olim, 26. b. t. super regi-
o tamē illo, super quo denuntia-
tio est, & ab hoc dependentibus, nihil
test, & suspensa circa hoc est, ejus mo-
dū, ita ut pendente inquisitione
beat denuntiatus talis Prälaus ab
ab omni processu, per quem negoti
inquisitionis possit impediti, cui
cum judicium hoc per denuntiationem
legitimam ad superiorē iudicem ablo-
sum sit.

§. IV.

*Quomodo procedendum sit, quād
crimen opponitur per modum exca-
pitonis, & quamdiu ipse
criminatum?*

De utroque hoc quæstio, hic inde
adūm jam est, & quād nihil de his
loquitur rubrica tituli hujus, scilicet
illorum disputatio hujus loci non est.
Videatur de primo quæstio. Sop. in
16. §. Cūm autem, b. t. de pellitione
tem c. Evidentia. 9. b. t.



TIT